



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

2. De quibus juramentum praestandum? An differentia inter juramentum calumniae & malitiae?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

tantum præstatur in qualibet causa etiam
 summaria, criminali, ac in causa appella-
 tionis cit. Clem. *sepè Authen: hoc sacramen-*
tum C. h. t. (quamvis olim in causis spiri-
 tualibus non nisi de veritate dicendâ ju-
 raretur. *cap: literas h. t.*) & quidem ante
 sententiam, non post, quia respicit præ-
 sentia & futura non præterita. Cyn. in *L.*
2. n. 11. C. de jur. Quid si non juraverit Ju-
 dex, aut non habuerit. Evangelia propo-
 sita? Regulæ juris quidem congruit, ea,
 quæ ab eo actu sunt, nullius momenti esse.
L. non dubium 5. C. de leg. L. prolatam 4. C. de
sent: & interloc sed dissentit Bald: & alij.

2. Post Judicem jurant litigatores. A-
 ctor quidem, se non calumniandi animo
 litem movisse, sed quòd existimârit se bo-
 nam causam habere: Reus, quòd putans
 se bonâ instantiâ uti, ad reluctandum ve-
 nerit. Et jubentur ipsi jurare etiamsi per
 procuratorem agant aut defendantur, ni-
 si ipsi personaliter causam suam agere ve-
 lint. §. 1. *Instit: de pœn: tem: litig: cap. pen: h. t.*
cap: fin: eod: in 6 Interpretes plura adjici-
 unt capita, de quibus juretur. 1. de non
 exigendis probationibus calumniæ causa,
 2. de

2. de non inficiando, aut reticendo si quid interrogabitur. 3. de non corrumpendo iudice datis muneribus. *Gl. in cap. 1. de jur. cal.* Ex his primum invenio expressum. *nov. 49 cap. 3* Alterum ex consuetudine magis, quàm juris cõmunis dispositione exigitur. *Vallens. lib. 2. h. t. §. 1. 3.* continetur *Authen: in isto Cod. de jur. cal. 4.* quòd dilationem non petat in fraudem ad protractionem cause, & quòd iudicibus, aliisq; personis quibuscunq; nihil pro causa dederit promiseritvè, nec per se aut alium daturus sit, præterquam advocatis, quibus de jure dari permittitur, habetur *Authen: principales. C. eod: juncta L. plebiscito ff. de officio presid.*

3. Idem, quod diximus ipsos litigatores jurare debere, ita temperant, ut excipiant procuratorem in rem suam, & eum, qui habet speciale mandatum *arg. cap. 3. 4. pen. & ult. de jur. Cal. Azon in sum. C. eod. Sed non videtur hæc distinctio ex textibus citatis colligi. Sunt etiam, qui separant jurandum malitiæ, à juramento calumniæ pluribus inter utrumque differentis positis. *Specul. tit: de jur: cal: Vvesenb: par: C. eodem: n. 12.* Satis ineptè: quid enim aliud est*